Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Sectio 2da

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

didum. qd ratio illa procedit de legibus humanis quae ordinantur contra Dei mandatum et ad hoc ordo potestatis se non extendit, unde in talibus legi humanae non est parendum ita s. D. et iure quidem, nam iuxta scripturam Deo magis est parendum quam hominibus: quando ergo leges humanae aliquid contra mandata Dei praecipiunt, in conscientia obligare non possunt.

ad 3tium dico quod calumnia vel infertur per leges ex iustitia vel non, si prius non est proprie calumnia sed iusta vindicta. Atunc potest aliquis per leges huiusmodi obligari, quod si vero est proprie dicta calumnia et gravamen contra id quod iustum est, patet quia cum leges non sint vinculum iniquitatis sed iustitiae et honestatis etiam statuta huiusmodi proprie leges non sunt, et iis per conscientiam nemo parere debet quin potius resistere tenetur, nostra assertio loquitur de legibus iustis et non de iniustis. Obtinentes aliae contra positas assertiones forte formandae ex dictis facile resolvi poterunt, unde haec pro ratione tituli dicta nobis sufficiunt.

Sectio 2da

An lege humana praecipi aut prohiberi possunt actus interni.

141. Lege divina et naturali praecipi potest actus etiam mere internos extra dubium semper fuit, a Deo enim omne illud praecipi potest, quod cognitioni eius subest, et ad viam aeternae felicitatis conducit, subiiciuntur autem divinae cognitioni actus etiam mere interni, et hi conducere plurimum possunt ad viam salutis aeternae: ergo etc. non ergo dubitatur de lege divina aut naturali sed tantum de lege humana et quidem tam de iis actibus quorum bonitas vel malitia consistit in solo affectu interno quam etiam de iis quorum bonitas vel malitia consumatur in aliquo actu externo: sed sciendum est, quod alius est actus internus alius est actus occultus, quod etiam actus occulti sed externi lege humana praecipi aut prohiberi possunt non videtur esse controvertendum, unde non de occultis sed de internis et in mente sola consumatis quaestio procedit ad cuius resolutionem sit

Assertio prima nulla humana potestas hoc habet, quod directe prospicere autem interdi- 142.
cere possit actibus mere internos et spiritus S. Th. qui ex hoc q. 91. a. 4. in Corpore
Articuli probat, quod necessum fuerit prohibere legem vetere et humanam dari legem divina positiva
ait enim Christus quia de his non est nobis legem facere. de quibus non est iudicare iudi-
cium autem hominis de interioribus motibus et non nisi qui latent, sed solum de exterioribus
actibus qui apparent, et tunc ad perfectam virtutem sequitur, quod in aliquibus actibus
non reperitur existat, et ideo lex humana non potuit cohibere et ordinare suffer in-
teriores actus, sed necessum fuit quod ad hoc supplaret lex divina ita S. Th.
quod ipse affirmat q. 100. a. 9. his verbis dicit. quod fuit supra dictum de precepto
legis habet vim coactiva: illud quod directe cadit sub precepto legis, dicitur quod lex
cogit, coactio autem legis est per metum poene ut dicitur in eo. Eth: non autem illud
proprie cadit sub precepto legis, pro quo pena legis infligitur: ad instituendum autem
pena aliter se habet lex divina, et aliter lex humana, non enim pena legis infligitur
nisi pro illis, de quibus legislator habet iudicare, quia ex iudicio lex punit,
homo autem qui est legislator humana non habet iudicare nisi de exterioribus actibus,
quia homines videntur ea quae apparent. ita S. quae in hoc dictis clarius explicat
sed in presenti adducere satium iuvat, satis enim ex iis quae adduximus constat
quod de veritate nostra assertio S. Th. sentiat. Cum S. Th. sentiunt cons. Allegi-
tur assertio: ratione desumpta ex S. Th. nulla potestas potest leges ferre de eo de 143.
quo non potest iudicare, atqui homo directe et per se non potest iudicare de actibus mere internis:
ergo leges poterit de iis sive et directe leges ferre. ma. p. nulla potestas potest leges ferre
de eo, de ~~quorum~~ cuius transgressione transgressores non potest punire frustra enim est potestas prohibendi
quod non habet potestatem puniendi, cum non soleant homines nisi timore poenarum leges
servare, atqui de quo quis non potest iudicare, de cuius transgressione transgressores non potest punire
quia ut ait S. Th. supra relata ex iudicio lex punit, pena quippe ut aliquis sit dicitur et
poenalis subiectus, pro quo ~~ipso~~ tamen iudicio deficit non potest, ut patet, igitur nulla
potestas potest leges ferre de eo, de quo non potest iudicare, quod autem homo de internis non
potest iudicare, patet tum ex auctoritate S. Th. supra posita, tum ex eo quia

solus Deus est cui Cor loquitur, de eo enim in ps. dicitur scrutans corda et renes Deus.
tum etiam ex hoc quod unusquisque in se ipso experitur, quia in proximo suo ea tantum
cognoscit, quae in signo quodam externo sunt manifestata, non autem ea quae et gloriosa
in sola mente sunt occultata: ergo etc.

144. Ostenditur 2. ex eo quod ea potestas gubernandi humanae iurisdictioni tradita recte dignoscatur
qua humana societas inter iustitiae limites servatur: sicut ergo humana societas inter iustitiae
limites integra servatur per ordinatos actus externos glossumque dein interni fuerint, ita
etiam non est aestimanda tradita potestas humanae iurisdictioni saltem per se et directe, nisi humanae
gubernandi in actibus externis. et hoc confirmatur inde, quod in utroque iure canonico et
civili legitur quia tradita tantum huiusmodi potestas est, dicitur enim Capit: tua nos de Symo-
nia expressis verbis: nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare. lege autem ig.
ff. de poenis asseritur quod cogitationis poenam nemo patitur et inde communiter iuris tenetur
axioma Capit. Christiana religio 32. q. 5. non libere latentia peccata vindicta,
quibus obiectis aperte innuitur, quod humanae potestati de meris internis per se et directe iudi-
care non concedit. tandem neque dici potest unde huiusmodi ista potestas obvenisset, quae ut potest
ordinarium excedit modum gubernationis humanae, quamvis enim Dominus Christus Petro dixerit
quidquid ligaveris etc. aliter tamen id illegitimum non videtur, nisi servato ordine humanae gubernationis:
ergo etc. addidit tamen quod nulla potestas directe de internis praecipere aut iudicare valeat,
pro cuius clariore explicatione sit.

145. Assertio 2. quamvis nulla potestas humana directe actus internos praecipere aut pro-
hibere valeat, ut priori dictum est asserto, tamen si actus internus per se necessario connexus
est cum actu externo humana lege praecepto, etiam ipse actus internus indirecte per actum
externum praeceptum simul illegitur humana lege praeceptus. est ista sententia inter
modernos communior et verior contra quosdam antiquos. Ratio autem est quia quodcumque
tribuitur alicui facultas aliquid directe ponendi, censetur ex consequenti etiam tribui facultas
indirecte ponendi omne illud sine quo actus directe poni non potest: ergo etiam quodcumque
tribuitur alicui potestas praecipiendi actus aliquem externum, et ipse actus externus poni non potest

vel præcepti exigentia nisi positive actum internum, a quo actus externus longe a quo
pendet, etiam illi huic potestas indirecte prohibendi aut prohibendo actum internum: cum
eo tamen potestatem habeat prohibere aut prohibere actum externum, et quidquid actus internus
sit necessario connexus cum actu externo, ipse etiam quenit a quibus per et se subiecti
sed indirecte et ex accidenti prohibere aut prohibere actum internum. et hoc in utroque
foro Civili et Ecclesiastico satis apparet, dum enim lex Civilis prohibet quod factum
prohibet quod factum a valeat nisi cum intentione se obligandi, intentio autem obligandi
actus est internus, quidnam fuit quin actus externus directe internum indirecte prohibet?
et similiter in Canonibus in multis fuit sed unum sufficiat in presenti Comonitione
exemplum, quoniam Ecclesia prohibet fore Comunione Circa tempora Paschatis
prohibet, ad quam dum Coniugi Christi sine intentione et preparatione sentiri nisi sacrilegium
fami a potest, etiam internum actum sentiri preparatione prohibet, unde etiam Innoc: XI.
hoc ordine 55. positive damnavit, prohibita Comunione amare prohibitum fuit sacrilegium
Christi non conducere; sed in hoc etiam Coniugis Christi Modernis fallunt
quemadmodum, quod potestas huius indirecte prohibere potest actus mere internos quare et po-
dicti pro plenioni sua datione.

Inferitur 1: quod prohibitus actus internus, sed actus externus prohibitus a regula
sed actus externus sine internum dumtaxat, ad hoc ut impleat prohibitum huius fuit
Canonis sive Civile, huius huiusmodi prohibito non potest prohibere actus internus, adeoque
si solus actus externus sed vetita legis adimplete actus prohibitus prohibito tuo a quibus fuit
Christi nulla potestas huius habet potestate prohibendi directe actus mere internos, omnis
autem ille actus internus qui cum actu externo necessario connexus est si prohibitus illegitimus
directe prohibitus adeoque quia huiusmodi actus huius sui iuris, quod prohibitus
actus externus sed vetita legis sine actu interno adimplere potest, si positive ab
externi prohibito satis fit, neque dat obligatio ad actum internum. unde signum inter
eundem Canonem [illegible] denuo rejecere potuisset, eo quod in satis attenti fuit
illum eventum cadere potuisset, si in eo tunc rejecere nisi forte ex illa
Canonis poenam dimittere, sed satisfecit, quod prohibitum dare citando.

horis canonicis qui ~~[illegible]~~ extra necessitatem sibi aliquid [illegible] ~~[illegible]~~ n
aut in mente cogne et meditatione eius qd [illegible] gratis [illegible] sit ut sit in
sua regula hortatur s. Bened: mens [illegible] cordet, et qdoque proferimus
mente [illegible] et simile e de eo qui pro varia [illegible] distractiones
permittit aliud audire sacrum die festo, n tenet aliud audire, sed satisfacit, si totum
qtm ad extra missae sacrificio reverenter assistit neque in interne favet n satis
facere praecepto [illegible]. ex hoc etm sanctus 1. moral. c. 1. ad vota
promissa et poenitentiam a confessario impositam sicut ipse satisfacit [illegible]
aliquo voto promissum aut praecepto qd ipse verus arbitror etm tc qdoque
[illegible] ex aliqua superbia et ut ita dicam hypocrisi fit, [illegible] tn
poenitentiis in confessione impositis ubi saltem externa maior devotio requiritur
quia dantur in satisfactionem pro peccatis, unde si quis poenitens dixerit, qd pro-
miserit peregrinationem quamdam in locum s. et peregrinationem illam quam promisit
peregerit, sed sine omni devotione quin etm ex aliqua hypocrisi, et tm ut
multum peregrinari et devotus videretur, et inde poenitentia ductus rogat an
eam peregrinationem iterato peragere sit obligatus? dicet ei confessor qd satisfe-
cerit voto suo, adeoque eam repetere n teneatur, quamvis sine dubio sibi uberiorem
de s. gratiam promereretur, si cum devotione illam iterato peragaret, ad quam tn ob-
ligatus n erat: nemo enim pro [illegible] fine habuit visitationem talis loci sancti,
quae completur etm per hoc qd sine devotione mentis facta sit, dummodo n ex alio
fine quam voti adimplendi causa facta fuerit.

147. Confertur 2. qd quia actus interni per se n cadunt sub praecepto humano ecclesiastico
aut civili, ordinarie satisfiat per positivam actus externi praecepto humano unde si
quis die festo ex vana gloria audit missam, forinsecus tn reverenter, satisfacit
praecepto, intentio enim et mentis devotio [illegible] qd mere interiorem, adeoque sub pra-
cepto humano n cadunt. dixi tn ordinarie satisfieri praecepto humano per solam posi-
tionem actus externi, quoque enim ut diximus in assert: 2. ad actum externum

Inutile preceptum, etsi procuretur indirecte actum interna, sine quo actus externus licite poni non potest, velleitas latet in Communione S., ubi quia per Communionem fideles gratiae unantur, adeoque Communio corporis Dominici Christi non potest sine mundicie mentis, et gratiae ordinis, ei qui est in peccato mortali, quod communicare noverit, confessus etsi procuretur mundities mentis, nut gratiae ordinis, et sine hac mentis puritate procuretur etsi hanc de Communione annua adimplere non possit, nec satisfaciat per sola respectu actus externi.

Infertur 3. ad hoc ut preceptum affirmativum recte adimplet, requiritur intentione et voluntate facile exercita quod preceptum regit. Cuius ratio est quia quod exhortum ex praecepto ponendum dicit esse actus duplex ut patet finitum prescriptum non dicit nisi ad exercendos actus humanos, ita etsi preceptum non impletur ad actus nisi per actus humanos, atqui ad actum humanum requiritur voluntas cognitio et intentio facile exercita ad id quod jubet preceptum regitur: ergo &c. et hinc fiet quod ebrius die festo interfectus sacro non satisfaciat et si quis solo animo audiendi horas Canonicas recitaret similiter non satisfaceret, quia non ibi neque in ipso actu exercito vel ratione preceptum satisfacere preceptum: satisfaciunt tamen, qui dum nullus ad horas Canonicas audit, cum alii Chorum frequentat, et sine ulla alia reflexione horas cum alii in choro recitat quia talis ex hoc quod Communi officii et moris accomodat, satis ibi habet, quod satisfaciendi preceptum voluntate exercita habeat. Dicit dum ut preceptum affirmativum recte adimplet aliud omnino de preceptis negativis, ubi quia aliquid non interdictum nisi omnibus omnibus omissio actus non requiritur ad illorum adimpletione ulla intentio, sed sufficit simplex omissio, si enim requireretur intentio omittendi, et fuit omnibus omnibus momentis ea omittere deberemus, ita etsi ut ingeste et vel preceptum omitteremus, omni momento omittendi intentionem formare deberemus, quod impossibile foret: ergo plus requiritur quam simplex omissio actus prohibiti ad impletione preceptum negativi.

Infertur 4. quod multi actus punit interna peccati et talis, qui quod quis sit excommunicatus interdictus, suspensus autoritatem censura subiciatur: Sed ex dictis quia preceptum huius non subsunt directe actus interni; Confirmo autem quoniam pro preceptum huius mysticum

148.

149.

quemlibet autem interna poenitentiae subiectio alicui censura ne quidem ipsa haeresis sufficit
pure mentaliter, etsi signum aliquod interna haeresis manifestandi fuerit expressa,
imo neque sufficit tale signum quo interna haeresis ipsi praesumitur manifestatur, sed
requiritur signum tale quod apud alios interna haeresis aut manifestet aut saltem suspicione
induceret valeat. ipsa quoque actio externa per quam aliquis incidit in excommunicationem
debet esse mortalis ut ait Amicus disp. et sect. 5. n. 132. nec sufficit quod sit mortalis ex
actu interno, sed necesse est ut etiam gravis sit in actu externo, unde qui in ono habuit
voluntatem Clerici occidendi, venera tamen per inconsiderantiam circumspecta non nisi leviter peccavit
excommunicationem non incurrit, quia poena excommunicationis non respicit actum internum neque proprie
latae eius, sed gravitatem actus externi quem ex malitia voluntatis procedit, unde si ex
actu externo voluntatis omissis, voluit enim, ipsa de se levis pugilis tamen pro gravi fuerit habendo, et poena excommunicationis non incurrit, implicitum enim poena excommunicationis omnibus
percussoribus Clericis quae ex facto aut signis voluntaria gravis et mortalis est.

150. Inferitur 5. quod quinque verba ultimi ad hoc ut incurrat poena excommunicationis aut alterius
censura latae sententiae requirunt signum tale quod apud alios delictum tale suspicione
induat, non tamen necesse est ut actualiter suspicio induca et haeretici aut huiusmodi
habeatur, non de notorietate Legis huius non examinandi nisi actus interni et dicto quinque
lex non limitat poenam ad actum publicum et notorium, extendit etiam ad occultum,
sit quia excommunicata latae haereticis vel percussores Clericorum non limitat ad actum
publicum et notorium, quin extendit etiam occultos dumodo externos et ratio est quia cum
soli actus interni nulla legi non subdant, actus autem externi occulti non horum quod occulti
externi et non desinunt, etiam si hoc quod notorium non sit sed occultum, ab universali
lege huius non excludant, adeoque etiam cum ipsa fabricant, quae universaliter pro omni
actu indeliberate infima statuta est, pro ipsa quia lex excommunicat omnes haereticos
aut Clericorum graves percussores universaliter, etiam occulti sed tamen externi poenam excommunicationis subiacebunt: et hoc non dubitandum est examinato, qui Clericum violenter
sed occulte occiderit, quod si autem de Clerici percussore occulto illa lex excommunicationis subsisteret
cum de haeretici etiamque non subsisteret ratio non videtur: neque obstat quod hoc ipsa sit penalis

ideoq; penitus interpretatij, quia penitus interpretari non faciendo, sed mere interpretantij; sed secundum regulam verborum legis, et ideo quia auctoritates haereticorum etiam in regulam verborum legis nitebantur, cum vere sint haereticae externae haeresis, non ponendae legis in examinandis.

Superest obiectum quod ita infertur: quod satis probabile videtur convincere videntur quod leges duae etiam 1541.
debent obligare ad actus internos, quemquidem sentiat dominus Bruno quod libello 29.
a.i. et in eo affirmat suma rotella verbo haereticus, sive quoque foa: medina bellum
angel. ord. de oratione q.1.5x. Sed quod sit an possibilis legenda sitam non, nisi certe
gratia nostra quam supra posuimus, et in quo communiter affirmant theologi, et philosophi
videtur et varior, sed tamen ita ea. Ob.1. quod in lege canonica excomunentur
haeretici pro sola haeresi interna non signum faciat se fuisse haereticum et in haeresi
obstinere, incurrisse poenas haereticis impositas, sed eas inquiunt non incurrit pro haeresi
externa, quia haeresis sed haeresis nunquam signo aliquo externo ostendisse fuisse, nec
pro affirmare externa quia illa vera est: ergo pro haeresi interna. Edo.
Ex Concilio constant: in Bulla Martini V. quae habetur in fine eius Concilij, excomunicantur omnes etiam auctoritate credentes et affirmantes erroribus Wiglefi, foa: Huss
de bohemia, et Hyron: de praga. 3tio. in quibus Toletano, iuno
post fidei assertae dicit si quis dixerit aut crediderit a deo omnipotente mundum
hunc factum non fuisse anath: sit. ubi pro hoc etiam quod quis credat aut non credat
anathema et excomunicatus dicit, fides autem est actus internus mentis: ergo pro actu interno
quis excomunicatur affectus etiam actus interni legi subiacent humanae. 4to. in Benedicti
quod abbas suae licentia suorum praelatorum principum curiae quae dicunt omnino inferendi
alicui bonum praelatis aut monasterij. 5to. in Clementina j. de haereticis. S.
verum excomunicant inquisitores qui odio vel amore ea omittunt facere, ubi facienda
erat, vel gratia impositorum quod imponere non debent. 6to. in Cap. Cum ipsa. de
electione et electi potestate in 6to. statuit nequis beneficium parochiale suspiciat
aliquis interdum suspicendi sacerdotium intra annum et aliter facientes teneat ad aliquam
beneficium et restituere fructuum ex eo percepto. 7mo. in Cap.
Dolentes de celebratione missarum Anno: III. Cont. in virtute obedientia praecipit

ut divinum officium studiose et devote celebret. 8vo. praecipit ob Ecclia
confessio annua quae ad sui valorem requirit dolorem internum et accusationem de internis.
9no. Pontifex potest reservare sibi actus mere internos, item dispensare in voto
interno: ergo etiam de actibus huiusmodi potest iudicare. et 10mo. videtur quod summe
conveniens fuisset, quod Ecclia potestas etiam in ordine ad actus internos daretur, dum sic
fideles longe felicius possent dirigi in via suae salutis, a qua per actus internos saepe
saepius revocantur. Haec sunt quae in praesenti nostro assertori obiiciuntur, quae tamen
brevi et facili methodo diluuntur. nam

152. R. pro singula quaestionum quid ad primam 5. dico quod ad illa non sunt illegalia de mere internis,
sed de internis externo quodam signo sensibili manifestatis quo signo supposito et non alter
excommunicantur, in primo enim fit sensibilis haeresis per confessionem quod in haeresi fuerit et
etiam in ea persistat, unde de contumacia in haeresi ad extra satis constat, sciendum
enim est quod per manifestationem haeresis internae talem quis solum incidat in censuram, quae
est manifestatio actualis internae haeresis non dimittendae, unde qui se in confessionali aut
etiam extra illud haereticum manifestat in ordine ad suscipiendum auxilium dimittendae
haeresis ille non incurrit censuras, quamvis sic praeterita interna haeresis manifestetur
ad extra. ad 2dum. recte excommunicantur occulte credentes errores dictorum haeresi-
archarum, sed sciendum est quod non dicitur internae credentes, sed tamen occulte credentes, occulta
autem ~~fide~~ haeresis potest tamen esse extranea: excommunicantur ergo, quatenus qui occulte illos errores
credunt, sed tamen extraneae, iam per actum externum subduntur potestati directae Ecclia.
ad 3. dicitur quod illud crediderit non sit referendum ad fidem internam, sed ad professionem
errorum illius ad extra sed alio signo quam voce manifestatam, unde praedixerit illam
voce professus fuerit, per crediderit autem, quovis alio sensibili signo manifestarit
mundum Deo factum non esse ille anathema sit. ad 4. dico quia non excommunicantur
illi monachi qui animum nocendi suis praelatis aut monasteriis habent, sed qui hoc animo
curiae principium accedunt ita, ut quia accessus sine licentia est signum sensibile sufficiens
interni mali affectus, accedentes sub tali affectu excommunicentur, et sic lege Ecclia
non tam prohibetur nocendi affectus internus quam ~~fit~~ interdicitur sub excommunicationis sententia

ad sedem, ad curiam Principum sine licentia hostis gaudere, quoniam autem Iudex diuelt
alios internos producere aut exhibere non valeat, necesse est ut eos assumere longum gaudere
sine qua non ad processos alios externos. Ad 5. similiter R. quod de solo inquisi-
tore, qui odij vel amoris causa procedere omittunt et excomunicat, quod hoc causa
amoris aut odij ad extra ita manifestata, ut in interiori traditio ratio et cognoscere
Deuenire possit.

Ad 6. dicit secundo quod ab Iudice imponat privato fructuum eiusmodi parochiale beneficium 53.
sufficit cum intentione non sufficiendi sacerdotium intra annum, non sola intentione interna;
Ad 1. intentione interna manifestata et externa omissione sacerdotij non sufficienti, et
Ideo ut adverbium Amici l. cit. fit ait et tunc si tempo omnino intentione habuerit non suffi-
ciendi sacerdotij sed tunc etiam die mutata voluntate sacerdotium suscipiat, ad re-
stitutionem fructuum non teneatur, quia in textu dicit nisi voluntate mutata prouoty
fuerit, tenebari ad restitutionem fructuum. nil omnino. Ideoque secundo quod potuerit
Iudex non in pena sed per modum additij apposita parochiale beneficium aliquis
intentione habeat sacerdotium suscipiendi intra annum, percepti fructus priuet,
et ita nil seqz extra asserto, quoniam enim ut asserto Logici Iudex sua lege interdum
alios producere non potest diuelt, necesse est eos requirere ut gaudere externi quando quia
gaudere indimpleta quando non acquirit in re sed publici gaudere auctoritate dici
autem, quod 3. quod illa lex Iudicia non fuerit facta per Iudice, sed tamen explicando iuris
diuini voluntas dicta, ut cum iure diuino tenaliquis beneficium aliquod accipit, se debeat
idoneum reddere ministrum ad id illud et beneficium non sine iniuria possidendum,
Iudex ita affirmare voluerit tamen demere quam tempus requiratur ad hoc, ut quis
credat cum iniuria beneficium possidere, et si alternauerit ad quicunque intra
annum se idoneum ministrum non fecerit, iniuste beneficium possidere credat, adeo
ad restituendos fructus iniuste percepto obligatus fiat, quod atqz Iudex facere
potuit, quia non illegat citra autem mere internos alios procedere.

Ad 7. dicit in capite Dolentes solum a pontifice procedit devotione et modestia 54.
externa, ut fil. non cobondo sed gaudendo diuina officia recitet, ut enim
in eodem capite obiecit finis pontificij erat non illud habere externa collo-
cutiones et gaudentes, quod quoque solebant tempore diuini officij missam

et ideo satisfacit Ecclesiastico praecepto, qui et quatenus extrinseca devotione et reverentia divino officio assistit aut recitat, et a fortiori si transgressoribus huius praecepti annexa esset censura, illa non incurreret, quia qui externa devotione divino officio assistit, illegit quod praecepto Ecclesiae satisfecit. Dixi tamen eum satisfacere praecepto Ecclesiastico, valde enim probabile et mihi vix non probabilius videtur, quod qui praesepius sine interna devotione aut missa audiret, aut officium canonicum recitaret a peccato excusandus non esset non quidem propter praeceptum Ecclesiasticum, quod implere eum qui his externa devotione assistit, non dubitatur, sed propter praeceptum divinum, quo Deo cultum suum interna etiam devotione exhibere praecipimur, qui cultus tamen non observatur: sciendum etenim est, quia in praecepto decalogi duo praecipimur scil. abstinere ab iis, quae cultui divino derogant, et ea facere, quibus divinum super nos dominium esse sine dubio protestamur, et ideo quando externa devotione cultui divino assistimus, ab iis quidem quae cultui divino derogant abstinemus, sed tamen aeternum quod nobis praeceptum est non adimplemus, nam protestatio illa supremi Dei dominii pullulare debet ex affectu cordis, sicut enim corde creditur ad iustitiam, ita videtur quod divinae potestatis recognitio requiratur ne quis per omissionem illius procedat in perditionem, solus enim externus cultus corporis sine recognitione et submissione interna omnino non est verus cultus et adoratio, Deus autem praecipit verum cultum per adorationem, adeoque divino praecepto non satisfacit, qui praesepius audire missa aut officium recitare canonicum sine interna mentis devotione negligit, quia iis cultum divinum et nostra recognitione habere praecipit.

15. sc. Ad 2um. dico quod dolor et accusatio de internis in confessione praecipitur iure divino directe, tamen autem indirecte iure Ecclesiastico, in quantum scil. mandat confessionem oris in anno ~~[illegible]~~ semel facienda, quae confessio iuste esse non potest ex praecepto divino nisi per dolorem et accusationem de internis, unde nil [illegible]. Ad 3. eiusque sunt membrum de potestate reservandi dico, quod de facto nullum peccatum sit reservatum nisi mortale et externum, posset tamen pontifex et etiam episc. reservare internum mortale quin posset ferre legem de internis, reservare enim non dicit aliquid internum praecipere

aut prohibere, sed tm̄ dicit potestatem absolvendi limitare, et ideo quia ista potestas quoniam
radicaliter convenit omni sacerdoti vi ipsius sacerdotij, et ideo in articulo mortis et boni
quocunque peccato quisque sacerdos potest absolvere, tn̄ actualiter tibi debet a pontifice
ita, ut valide extra mortis articulum nemo sacerdos absolvat, nisi ob ordinario aut
summo pontifice iuris ductum teneat, ista reservatio etiam circa peccata interna Eucliae
competere iam illegitur, quin eius potestas condendi leges circa internos actus communicata iudi-
cetur, reservatio enim ut dixi est limitatio potestatis ab extra acceptae, non est conditio
legis ad intra obligantis. ad alterum de voto dicit Amicus disp. et sect. 5. quod latum
sit discrimen inter dispensatione ab interno et mentali voto, et obligatione ad actus
internos, nam qui dispensat tollit obligationem propria voluntate inductam
non autem ipse inducit sicut in altero contingit, tollere autem obligationem eiusmodi
potest non solum pontifex, sed etiam parentes quia suos filios cum hoc subditis sit favor-
abile. praeterea palam est quia pontifex nunquam dispensat in voto interno qua
tali sed tm̄ in eo ut manifestato per actum externum, qua ratione iam potest de in-
ternis iudicare consequenter et dispensare. ad 10. denique negat quod id
expediens fuisset, non enim potest esse expediens illud, quod facultatem excedit naturalem
hominum, atqui directe de internis iudicare, facultatem excedit hominum naturalem
nullus enim abscondita cordis alterius potest cognoscere naturali sua scientia, nisi quatenus
illa in externis sit manifestata, et ideo non fuit expediens, ut haec potestas a
Eucliae aut a populo communicati data fuisset consequenter monet quia nulla
humana potestas habet leges directe ferre in actus mere internos, potest tn̄ in-
directe, qua ratione dicitur, quod ex voto obedientiae suis praelatis facto religiosi
obligari possint ad actus etiam internos, quatenus status regulae perfecte observandae
exposcit, dum enim actus internus ex voto obedientiae praecipitur, palam est, quod quando
negligitur, contra obedientiam peccatur, si tn̄ actus ille internus potestatem praelati
et materiam regulae non excedat.